

## Alte Drucke

**IVRIS || CIVILIS ROM. || INITIA ET PRO-||GRESSVS. || AD  
LEGES XII. TABV-||LARVM BREVIS || commentatio. || EX  
VLPIANI FRAGM. || TITVLI XXIX. ...**

**Crespin, Jean**

**[Genf], 1568**

DE IVRE PRIVATO, LEgis XII. Tabularum.

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150618**



DE IVRE PRIVATO, LE-  
gis XII.Tabularum.

*Ex Diony.  
Halic.lib.2.* **V T I Q V I E X P A T R E ,**  
matreque familiâs eius nasceretur, in pa-  
trisfamiliâs sui manu, potestate, mancipio-  
que esset: haberetque paterfamiliâs ius in  
eum vitæ ac necis, t̄erque filium venundā  
di potestatem.

A T S I T E R F I L I V M P A-  
T E R V E N V N D A R I T , F I-  
L I V S A P A T R E L I B E R  
E S T O .

Vtique filia, cæterique liberi vna manci-  
patione liberarētur. Vtique filii filiæque  
familiâs bonorū paternorum sui suæque  
heredes essent.

*Institut. De  
pat. pot. §. 1.*

**V**ustinianus scribit: Ius potestatis quod in  
liberos habemus, proprium estē ciuium  
R. nullos enim alios esse homines, qui  
talem in liberos potestatem habeat. Nā  
(vt Diony. testatur) gentes aliæ omnes modum pa-  
triæ potestati aliquem statuerunt: at Romani in o-  
mne vitæ filiorum tempus eam produxerunt: e-  
tiamsi Rempubl. gererēt, magistratusque summos  
obtinerent.

*Qui ex patre, matreque familiâs. sic accipienda  
sunt, quasi dictum esset; Qui ex iusta vxore. Nam  
(vt*

(vt Iustin. ait,) in potestate nostra sunt ii demum §. i. de patr.  
liberi, quos ex iustis nuptiis procreauimus. potesta. & §.

*Manu, potestate, mancipio.* Tria hæc coniunctim vlt. De nup.  
coacerata sunt, vt summum illud & infinitū ius  
patriæ potestatis intelligeremus.

Vnde illud de C. Flaminio, apud Ciceronem in  
2, De inuentione, qui quum Trib. pleb. esset, & ex  
rostris concessionem ad populum haberet, vi à patre  
de eo templo deducetus est.

Térque filium venundandi, &c. huius partis testem  
habemus eodem loco Dionysium Halicar. qui etiā illud adscribit, Maiorem hac lege patribus in filios, quam heris in seruos, potestatem permissam esse. Sertium enim semel venditum si à nouo domino manumittatur, sui iuris efficiat filium non prius suæ potestatis fieri, quam ter à patre suo venditus, ter à suis dominis manumissus fuerit.

*Si ter filium, &c. au&torem habet Vlpianum, cuius verba cap. Inst. x. hæc sunt: Liberi, parentū potestate liberantur, emancipatione: id est, si postea quam mancipati fuerint, manumissi sunt. sed filius quidem ter mancipatus, ter manumissus, sui iuris fit. Id enim lex XII. tab. iubet his verbis, SI PATR. &c.*

Quod ait lex, *Filia vero, &c.* Existimat Hotom. testimonium certum non extare. Nam quod VI- pianus cap. 10 sic scribit: Cæteri liberi præter filium, tam masculi quam fœminæ, una mancipatione manumissionēque sui iuris sunt, &c. nominatim legi duodecim tabularum non adscribit: vt nec in 1. 8. D. de iniur. rup. test.

Vt cunque sit, capit is huius sententiam Caius quoque lib. Inst. 1. confirmans: Fœminæ, inquit, vel nepotes masculi ex filio, una mancipatione de patris vel aui excent potestate, & sui iuris efficiuntur.

Maior patribus in filios,  
quam heris in seruos potestas.

PATRONVS SI CLIEN-  
TI FRAVDEM FECE-  
RIT, SACER ESTO.

Hæc, sumpta est ex Seruui commentariis in Virgil. vbi versum illum interpretas, — aut *fraus inuenientia clienti*: Ex lege, inquit, xii. tab. venit: in quibus scriptum est, PATRONVS SI CLIENTI &c. Si enim clientes quasi colentes sunt, patroni quasi patres: tantundem est, clientē quantum filium fallere. Hæc Seruius.

*Clientes.*

*Patroni.*

*Lib. 20. cap.  
1. & lib. 5.  
cap. 13.*

Patronatus autem & clientelarum iura quum Dionysius lib. 2, tum etiam Plutarchus in Romili vitia amplissimè describunt.

Gellius scribit, Antiquis populi R. moribus cōparatum fuisse, ut clientē in fidem receptum chariorem haberent, quām propinquos: eūmque etiam aduersus hos tuerentur. quin & licuisse patrōnis testimonium pro cliente aduersus cognatos dicere, aduersus clientem non licuisse.

*Sacer homo.* Festus, *sacrum hominem* cum definit, quem populus iudicauit ob maleficium.

MULIERES ORBAE IN-  
NUPTÆ IN FRATRIS AGNATIVÆ PROXIMI TUTELA  
SUNTO. H.

*Cice. pro Ma-  
rena.* Huius testis est partim Cicero, partim Vlpianus. Mulieres omnes, inquit Cic. propter infirmitatem cōsilii, Maiores in tutorū potestate esse voluerūt. hi inuenierunt genera tutorum quæ potestate mulierum continerentur. Vlpianus autē cap.

*Vlp. in Frag.  
tit. 11.* In istis, ii, postquā dixit, Legitimos tutores esse, qui ex lege aliqua descendunt, per eminentiā autē Legitimos dici quī ex lege xii. Tab. introducūtur: nimirum agnatos & patronos: statim sic infert: Fœminarum autē legitimas tutelas lex Claudia sustulit: de

de qua lege Claudia mentio fit in l.3. C. de legit.  
tut. vnde legem hanc xii. Tab. illa lege Claudia  
abrogatam fuisse intelligitur.

ORBAE IN N V P T A E . quia filiae, in pa-  
trum suorum potestate sunt: nuptæ autem in viro-  
rum manu: Orbæ innuptæ in fratrū tutela. Quod  
M.Cato de lege Oppia differens apud Liuium li-  
bro 34, sic ostendit: Maiores nostri nullam ne  
priuatam quidem rem agere foeminas sine auto-  
re voluerint: in manu esse parentum, fratum, vi-  
rorum. Et Valerius aliquantò post: Nunquam sal-  
uis suis exuitur seruitus muliebris: (*Suos* appellat,  
quorum in manu sunt, patrem, fratrem, maritum.)

*Lex Oppia  
apud Liuiam.*

S I F V R I O S V S E X I S T A T ,  
A G N A T O R V M G E N T I L I -  
V M Q V E I N E O , P E C V N I -  
A Q V E E I V S P O T E S T A S  
E S T O .

*Cice. de In-  
uent. 2. Ad  
Heren.  
lib. 1.*

Cicero li.Tuscul.tertio, scribit, eum qui erro-  
re mentis affectus sit, vetari xii. Tabulis rerum  
suarum esse dominum. Itaque non esse scriptum *si*  
*insanus*, sed *si furiosus* esse incipit. Nam stultitiam,  
inquit, censuerunt, id est, inconstantiam sanitatem  
vacante, posse tamen tueri mediocritatem officio-  
rum. Furorem autem esse rati sunt, mentis ad omnia  
cæxitatem. Quin & apud Vlpianum cap.infist, 12.  
ita scriptum est: Lex xii. tabularum furiosum in  
curatione iubet esse agnatorum. Quapropter fu-  
riosos à dementibus Iurisconsulti passim distin-  
gunt, vt l.si furiosi, 25, C.de nup.l.tam dementis,  
21, C.de episc.audiēt.l. 2.D.de inoff.testa.l. vlt.C.  
de administ.tut.Verbum existet, Cicero sic inter-  
pretatur, id est, esse incipit: quasi iubeat lex statim  
propinquos officio fungi.

*Iustitia.*

*Furor.*

*Agnatorum, gentiliūmque: vt cui erunt agnati,  
ad eos tutela deferatur: cui gentiles, eodem mo-  
do. Vnde per uulgatū inter Veteres prouerbiū,  
Prouerbiū  
vetus.  
vt quum aliquem errore mentis affectum signifi-  
carent, eum dicent ad agnatos & gentiles de-  
ducendum esse.*

*Institut. De  
cura furiosi.  
§. 20.* **V T Q V I P R O D I G V S E X I-**  
steret, ei Prætor cauſa cognita bonis suis  
interdicteret, inque ipsius pecunia agna-  
torum gentiliūmque potestas esset.

Huic capiti testimonium præbet Vlpianus in I.  
1.D.de curat.fur.vbi sic scribit: Lege xii.tabula-  
rum prodigo interdicitur bonorum suorum ad-  
ministratio. Et item cap.Inst.12.

Notatione autē digna est ea formula, qua Pau-  
lus lib.sent.5.scribit, Prætores hac in re vti soli-  
tos fuisse:

*Formula  
interdict.  
bonor.* **Q V A N D O T V B O N A P A-**  
tria, auitāque nequitia tua disperdis: libe-  
rōisque tuos ad egestatem perducis: ob  
eam rem tibi ea re commerciōque in-  
terdico.

*Lectoria lex.* Letoria lex longo intervallo post legē xii. tab.  
lata est, vt curatores vel propter lasciuiam, vel pro-  
pter dementiam darentur: quemadmodum Capito-  
linus in M.Antonino testatur. Sed quum cætera  
eius capita omnia, quæ quidem extant, ad minores  
tantummodo pertineant, & Capitoline eo loco  
nominatim de adultis loquatur, verisimile est, le-  
gem illam de adolescentibus duntaxat, non etiam  
de maioribus xxv. annis cauifē.

**P A T E R F A . V T I L E G A S -**  
fit

sit super pecunia, tutelave suæ rei, ita ius Paul.in l.  
Sape. 53. De  
verb.sig.Ca-  
ius l. i. De  
test.tut.

*His verbis legis duodecim tab. ait Iurisconf. Ut  
ti legasset. ita ius esto : amplissima potestas tribura  
est testatoribus, vt etiam si Prætorem aut Con-  
sulem, qui cum summo imperio est, suis liberis tu-  
torem instituant, eos ad hoc onus suscipiendum ob-  
ligent.*

*Uti legasset: pro eo est, quasi dixisset, uti statue-  
rit, siue decreuerit.*

*Super tutela suæ rei: mirum videri potest : quasi  
Rei, id est, patrimonio tutela detur. Tutela mori-  
bus potius ac disciplinæ pupillorum, quam fortu-  
nis & patrimonio comparata est. arg. l. tutores. 18.  
C. de excusat. tut. Sed vide ne id adiectum sit pro-  
pter superius verbum *Pecunia*: quasi lex hoc capi-  
te de testatorum patrimonio tantum & fortunis  
sanxisset.*

*Quod ait, Ita ius esto, per hanc legem Vis patriæ  
potestatis, etiam post patris mortem, & usque ad  
pubertatem liberorum extenditur. l. vit. C. quand.  
tut. vel cur.*

V T S I P A T E R F A . I N T E -  
S T A T O M O R E R E T V R ,  
agnatorum gentiliū inque in ipsius pupil-  
lis, corumque pecunia potestas esset.

Legitimæ, inquit Ulpianus, tutela lege xii.tab.  
agnatis delata sunt, & consanguineis: id est, his  
qui ad legitimam hereditatem admitti possunt: vt  
qui sperarent hanc successionem, idem tuerentur  
bona, ne dilapidarentur. Item l.5, Legitimos tu-  
tores nemo dat: sed lex xii.tab. fecit tutores.

Horum verborū *Intestatō moreretur*, Justinianū  
auctorem habemus, tit. de legit. tut. §. Quod autem  
lex ab intestato, &c.

Quod ait lex, *Agnatorum*, Caius in l.9. D. eod. tit. sic interpretatur: Ut, si plures agnati sint, proximus familiam adipiscatur: & si eodem gradu plures sint, omnes simul tutelam nanciscantur.

*Vt si quis doli mali,*  
*culpae in tutela gerenda suspectus vide-*  
*retur, eum cuius apud Prætorem suspecti*  
*arguere ius esset: utique doli damnatus in-*  
*famis fieret.*

Cicero in 3. De officiis, sic scribit: Atque iste do-  
 lus malus etiam legibus erat vindicatus: vt tutela  
 xii. Tab. &c. Nam capite sequenti de furti crimen  
 agitur perspicue. *Dolus* autem *malum* Seruius de-  
 finiebat: quum aliud agitur, aliud simulatur. Pla-  
 tonis hac d e re lex huic consimilis extat in eius li-  
 bro *De legib.* 11.

*Vt qui per tutelam*  
*pupillum fraudasse, eiusque rem suratus*  
*esse conuiceretur, infamia notatus duplio-*  
*nis poenam subiret.*

Vlpianus in l.1. §.2. D. de tut. & rat. dist. Consi-  
 derandum est in hac actione, vtrum pretium rei  
 tantum duplicitur, an etiam quod pupilli inter-  
 fit. Et magis esse arbitror, in hac a cione quod in-  
 terest non venire: sed rei tantum aestimatione. Itē  
 l.2. Hæc actio licet in duplū sit, in simplo rei per-  
 sequitionem continet, non tota dupli poena est.

Hoc autem iudicio damnatum infamem fuisse,  
*In primo de Cic. testis est: vbi tutelæ iudicium turpe appellat.*  
*Orat.* Itēmque in Orat pro Comœdo: Vbi inter iudicia  
 summae existimationis, tutelæ iudicium enumerat.  
 Cuius rei etiam testimonium extat in l.1. D. de his  
 qui infam.

*Ne quis rem litigiosam*  
 in

in sacrū dedicaret. qui dedicasset, dupli pœnam subiret.

In l. vlt. D.  
de litig.

Rem , ait Iurisconsul. Caius, de qua controuer-  
sia est. prohibemur in sacrum dedicare: alioqui du-  
pli pœnam patimur. Duplum autē aduersario præ-  
standum est: vt id veluti solatium habeat , pro eo  
quod potentiori aduersario traditus est . Sic Clo-  
dius Ciceronis in exilium electi aream consecra-  
uit, libertatisque fanum in ea dedicauit.

Cic. pro do-  
mo sua.

GLA N D E M suam in alienum fundum  
procidentem colligendi ius esto. H.

Ex Plinio li.  
16. cap. 5.

Caius legem hanc, vt credi par est, interpretans  
libr. ad XII. Tabulas quarto, sic scribit: Glandis ap-  
pellatione omnem fructum contineri, exēplo Græ l. 236. D. de-  
ci sermonis, apud quos omnes arborum species à-  
ꝑbōp̄a appellantur . In eandem autem legis vete-  
ris sententiam extit Prætoris interdictum: Glandē L. vnic. D. de  
quæ ex illi⁹ agro in tuū cadat, quo minus illi tertio  
quoque die legere, auferre liceat, vim fieri veto.

ver. sign.

Vſus, authoritas fundi, biēnis:cæterarum re-  
rum, annuus esto.

Ex Orat.  
Cic. pro Ce-  
cina & Topio

## A D V E R S V S     H O S T E M

æterna auctoritas esto. H.

Auctoritatis verbo ius legitimi dominii lex signi-  
ficit: vt Cic. pro domo sua : Multæ sunt domus in  
hac vrbe, atque haud scio an penè cunctæ, iure o-  
ptimo, sed iure priuato, iure hereditario , iure au-  
ctoritatis, iure mancipiï, iure nexi. Sic & mox: Ad-  
uersus hostem æterna auctoritas: quæ ex Ciceronis lib.  
de Offi. I. sumpta est: vi sic scribit: Evidem illud  
etiam animaduerto, quod qui proprio nomine per-  
duellis esset, is hostis vocaretur: lenitate verbi tri-  
stiam rei mitigante . Hostis enim apud maiores  
noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum di-  
cimus.

Auctoritas.

Perduellis.  
Hostis.

V T S I V I C I N I I N T E R S E  
iurgant, finibus regundis arbitros tres da-  
rēt: eisque totius rei ius arbitriumque per-  
mitterent.

Harum reliquiarum fragmenta extāt, primūm  
apud Ciceronem in lib. de Repub. 4: vbi auctore  
Nonio sic scriptum est: Iurgari igitur lex vetat  
inter se vicinos, non litigare.

*Sin ter se iurgant.* Beneuolorum concertatio, nō  
lisiniū corūm, iurgium dicitur. Reliqua verò ex  
illo Ciceronis loco qui est in 2, de Legibus, sum-  
pta sunt.

*Pompon. in L. verbis. 120.* P A T E R F A . V T I L E G A S .  
*D. De verb.* S I T S V P E R F A M I L I A P E -  
signif. C V N I A Q V E S V A , I T A  
I V S E S T O .

Vlpianus cap. Inst. xi. legem ita profert: Vti le-  
gassit super pecunia tutelāe suæ rei, ita ius esto:  
vbi cōiunctim & de pecunia, & de tutela cautum  
in lege significat: de quo tamen affirmare nihil  
possumus.

*Paterfamilias:* sic accipien-  
dum est: solis patribus fa. testandi ius fuisse. filiis-  
fam. ne patribus quidem auctoribus fuisse. l.  
6.D.de testam. quippe qui suum nihil haberent: v-  
ti scripit Vlpianus cap. Instit. 20. Quod verò ait,  
*Iegafisit,* verum esse ostendit, quod & Vlp. cap. Inst.  
24, & Eutychius lib. 2, De discer. coniug. scri-

*Legare quid sit.* Legandi verbum à lege dictum: vt Legare  
nihil aliud sit, quam statuere, decernere, & (vt vul-  
gus loquitur) disponere: siue de hereditate, siue de  
legatis & donationib. in testamento. l. verbis, 120.  
& l. in generali, 80. D. de verb. signific. l. in repe-  
tendis, 63. D. delegat. 3. Iam verò, quod ait Lex,  
Super

*Super familia. Familia appellazione, bona patrif-  
fa. & in his seruos seruasque hoc loco significari,  
tradit Vlpianus in l. pronunciatio, 195. D. de verb.  
signif. Vnde illud Terentii: Decem dierum vix mi-  
hi erit familia.*

*Vide Annex  
in Insit.*

*Pecuniāque, nihil necessē fuit adiici, nisi ad pla-  
niorem interpretationem: quoniā eo quoque ver-  
bo non modō pecunia numerata, verū etiam res  
omnes tam soli, quam mobiles, & tam corpora,  
quam iura continentur. l. pecuniæ. 222. l. pecuniæ,  
179. D. de ver. signif. *Sua*, significat de re sua quē  
que testari oportere. Nam etiam in legatis, alienæ  
rei quam suam testator putauit, legatum nullum  
est. l. vnū, 67. §. 6. De legat. 2. *Ita ius esto*: summum  
testamentorum ius esse ostendit, quemadmodum  
Cicero scribit: In publicis actis, nihil est legē gra-  
uius: in priuatis, firmissimum esse testamentum.*

*Philipp. 22.*

**V T C V M P A T E R F A . S Y -**  
per familia sua legaret, nexus faceret: pér-  
que æs & libram familiam manciparet: ac  
præter libripendem ciues Ro. puberes ne  
minus quinque adhiberet.

Huius capitinis argumentum suppeditat primū  
Gellius lib. 15. cap. 13: quum ait in xii. Tabulis eo  
loco vbi de testamentis agitur, libripendis men-  
tionem fieri. deinde Vlpianus cap. Init. 20, reliqua  
explicat.

*Vid. in frag.  
Ulpian. cap.  
20. fo. huinc  
editionis 95*

*Æris & librae adhibendæ formulam Boetius in  
Ciceronis Tópica, ex Caii nostri institutionibus  
exponit: vnde assumi poterunt, quæ cuique opus  
esse videbuntur. De familia vero emptore Plutar-  
chus in lib. de Sera Dei animaduersione: ὅτε, in-  
quirit, διαδίνεται γράφωσιν (de Romanis loquitur) ἐ-  
πέρει μηδ διπλεῖ ποτε καλεσθέμεν, ἐπέρεις δὲ πωλεῖ-  
στας εὐοιας: διπλεῖ τελέσθωσεν. Romani, inquit, quiū*

D. i.

testamenta scribunt, alios quidem relinquunt heredes, aliis vero familiam vendunt: quod absurdum videtur.

**C**VM NEXVM FACIE T,  
mancipiumque, ut lingua nuncupassit, ita  
ius esto.

Extant haec reliquiae partim apud Festum, *Cum nexum faciet, &c.* id est, ita ut nominaretur, loquutus' ve erit: partim apud Ciceronem in 1. de Orat. vbi Antonius ita Crassum alloquitur: Lapidès mehercule flere coegeret, ut totum illud *ut lingua nuncupassit*, non in XII. tabulis, sed in magistri carmine scriptum videretur. Quod autem *Nexum mancipiumque* lex dicit, illud significat, nimis per se & libram. Iubet igitur lex, ut quod restator heredem nuncupans, de suis bonis decreuerit, id ius ratumque sit.

**Q**VAE SI ERIT TESTA-  
TIOR, LIBRIPENSVE FV-  
ERIT, IN TESTIMONIVM  
FERIATVR, IMPROBVS  
INTESTABILISQUE E-  
STO.

*Ex Ia. Læ*

*Ex Gellio  
lib. 15. cap.  
13.*

Locum hoc modo vir doctissimus Jacobus Cuiacius ope vetusti Codicis restituere conatus est. Qui se fierit testarier, librifensve fuerit, si in testimonium feriatur, improbus intestabilisque esto. ut verba illa, *si in testimonium feriatur, posita sint, pro auctoritate, siue pulsetur: quod, ut vere dicam, fatis adhuc concoquere non potui. Præsertim cum in*

in antiquo libro fariatur scriptum esse testetur. ut  
suspicari aliquis possit, legendum potius videri,  
*ni testimonium fateatur: vel, si testimonium inficiatur:*  
de quo tamē nihil affirmo. Illud factū erit adiici,  
nostro quoque iure traditum esse, ut quū ab initio  
testamenti tabula aperiendā sint, Prætor pro suo  
officio cogat signatores conuenire, & sigilla sua  
recognoscere, vel negare se signasse: quoniam pu-  
blicè expedit supra hominum iudicij exitum  
habere. Quod verò in sanctione ascriptum est, etiā  
alio loco testimonium habet apud Gellium: nimi-  
rum lib. 6, cap. 7; vbi scribit: Testabilem dici cui  
testimonii diecēdūt his est: cōtrarium esse in xii. tab.  
Qua de re Caius in l. 26, D. De testamentis.

l. 4. & 5. D.  
Testamenta.  
quemad. a-  
per.

SI PATER FA. IN TESTA- Apud UL-  
TO MORITVR, CVIS VVS pia. Instit.  
cap. 26.

NEC EXTABIT HERES,  
AGNATVS PROXIMVS  
FAMILIAM HABETO.

Priorē huius legis partem Paulus interpretatur  
in l. si quis, 9, D. de lib. & post. Si intestatō moritur:  
Hæc verba ad id tēpus referuntur, quo testamentū  
destituitur, nō quo moritur, quippe cūm rūcē demū  
certum esse incipiet, testatorē intestatō esse mor-  
tuum. Dicitur autem Intestatus modis quatuor: Intestatus  
Testamento non facto, non iure facto,rupto irri-  
tōve facto, & ab herede destituto: id est, cūm he-  
res scriptus hereditatem repudiauit. l. 1, D. de suis  
& legit. Alteram partem Iustinianus explanat in  
§. 1. Instit. De hered. quæ ab intest. vbi sic scribit:  
Intestatorum hereditates ex lege xii. tab. primū l. Liberorum  
ad suos heredes pertinent. Quibus ex verbis pa- ff. de verb.  
tet, suorum heredum nomen ex xii. Tab fluxisse. s. g.

D. ii.

Suus heres. Suus igitur dicitur heres, qui in mortuientis familiā proximum ab eo gradum obtinet: siue is naturalis sit, siue adoptiuus. l. scripto, 7, D. si tabula restat mē. Veluti filius, aut eo de familia sublato nepos, & qui deinceps. Itē vxor, quae in manū conuenit: quēadmodum Instituūs, sub tit. de nuptiis dicitur. Item nurus, quae in manu filii est, quem in potestate habemus; vti scribit Vlpianus cap. Init. 22. Gell. lib. 18, cap. 6. & Dionys. lib. 2. De Posthumis vide pluribus hic differentem Hotom.

Ex Gell. lib.  
3. cap. 2. Ma-  
crob. lib Sa-  
tir. I. cap. 3. VT QV A E M V L I E R C V M  
S V I I V R I S E S S E T A N-  
N V M V N V M A P V D V I R V M  
matrimonii caussā fuisset, ea mulier nō tri-  
noctium usurpatum iſſet, pro usurpata ha-  
beretur. H.

Vsurpare hīc & Usurcapere verba inter se contrariē relata sunt. Nam (vt Paulus ait in 1., 1, D. de usurp. & usurcap.) Vsurpatio est usurpationis interruptio. Iubet igitur lex, vt quae mulier annum unum matrimonii caussā apud virum fuerit, ea mulier anno exacto in eius viri manu sit. id est, quasi usu capta sit. quemadmodum res mobiles anno usurpiuntur. Quiemadmodum autem iure ciuili rerum usurpationes infringuntur, si dominus eas usurparit, veluti si surculum in fūdo defregerit: (quod ex lib. Ciceronis de Oratore tertio inteligitur) eodem modo lex mulieri potestatem facit possessionem illam viri interrumpe: nimirum si ante anni finem tres ab eo noctes absfuerit. Has autem uxores quae matresfa. non erant, Matronas propriē & restrictē appellari solitas, verisimile est. Præsertim quum Gell. lib. 18, ca. 6. scribat,

Matronam

Matrona.

Matronam dictam esse propriè, quæ in matrimonium cum viro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret.

## NE CONVIVIUM PATRIBUS CUM PLEBE ESET.

Dionysius libro decimo extremo scribit, Decemviros hanc legem in duas postremas tabulas retulisse: eamque idcirco adiecitam fuisse, ne Patres cū Plebe reconciliati, communis studio Decemvirorum, qui retinere magistratum perpetuum volebant, obfisterent.

Hanc legem septimo post anno à Canuleio Tribuno pl. abrogatam, Liuinus lib. quarto, memoriae prodidit: & quæ cuiusque partis argumenta fuerint, exponit. Perlata à Canuleio tandem lex fuit, ut deinceps Patribus cum Plebe connubii ius esset.

**V T S I Q V A M V L I E R T E**  
metum biberet, cumve alieno viro probri  
quid faceret, in eam maritus, caussa cum  
ipsius mulieris propinquus cognita, poenam  
statueret: ast si eam in adulterio deprehenderet, tum eam occidendi ius potestatique  
haberet. H.

Legem hanc primùm à Romulo scriptam fuisse, Dionysius testatur: ubi illum ait existinasse, è vinolentia stuprum, è stupro vero insolentiam ple  
runque nasci.

Exactis autem Regibus legem hanc eandem per multas etates Romæ viguisse etiam Gellius demonstrat. ex quo intelligi debet, eam in XII. Tabulas relatam fuisse.

Fabius Pictor in Annalibus scripsit, Matronam,  
D. iii.

Liuinus li. 4.

*Abrogata  
lex.*

*Plin. lib. 14.  
cap. 13.*

*Halycar.  
lib. 2.*

*Gell. lib. 10.  
cap. 23.*

quod loculos, in quibus erant claves vinarię cellae resignauisset, à suis in die morti coactam. Cato id est propinquos fæminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent. hoc tum nomen vino erat: unde & Temulentia appellata. Hoc igitur legis antiquæ ius fuit. De adulteriis autem postea lex Iulia lata, diuine obseruata est: qua marito ius adem psum est, adulterum occidere, nisi & domi suæ deprehensum, & iam antea infamem.

*Temetum.*

*Temulentia.*

*Lex Iulia.*

*Caius in l.  
penul. D. ad  
leg. Iul. de  
adult.*

*Primum  
Rome di-  
uortium.*

*Nouum di-  
uortii genus*

V T S I E C O N I V G I B V S A L  
ter alteri nuntium mitteret, eumque suas  
res sibi habere iuberet, diuortium esset H.

Testimonium huius legis extat apud Ciceronē Philipp. 2, his verbis: Frugi factus est, mimam illā suam suas res sibi habere iussit ex xii. tabulis: claves ademit, exegit. Constat Romuli instituto tamen habitam fuisse matrimoniorum coniunctionem, ut diuortium Romæ nullum per annos D X X fuerit: id quod à Dionysio, Plutarcho, Valerio, & Gellio memoria est proditum. Primum enim M. Pomponio, C. Papyrio, vel (vt alii scribunt) M. Atilio, P. Valerio, Coss. Sp. Caruilius Rugga vxori nuntium remisit, quod eam sterilem dicaret, seque liberorum quærendorum caussa vxorem capere iurasset. Tertullianus in Apologetico: Per annos fermè sexcentos ab urbe condita nulla repudium domus sensit.

Plutarchus autem in Numa mentionem facit: vt marito qui satis liberorum haberet, ius esset vxorem suam alteri viro liberorum ex ea quærendorum caussa concedere, atque in matrimoniu elocare.

Quinetiam Strabo lib. II. scribit, Catonem Hortensio vxorem suam Martiam liberorum quærendorum

dorum cauſſa in certum tempus concessiſſe: vbi etiam ascribit feciſſe hoc illum  $\chi\zeta \pi\alpha\lambda\omega\gamma \rho\omega\mu\delta\gamma\omega\nu \epsilon\theta\vartheta.$  Sed & idem Plutarchus in Catone Vticēſi nominatiſ addit, contracta Philippi patris voluntate ſponsalia fuiffe.

**V T S I Q V A M V L I E R**  
poſt viri mortem in decem mensibus proximis pareret, qui quae've ex ea naſceretur, ſuus ſuave in viri familia heres eſſet. H.

Prioris paſtis testimonium extat apud Gellium libro tertio, cap. 16: vbi quum multa de varietate temporum in puerperiis mulierum diſſerueriſſet: ascribit, foeminam bonis atque honestis moribus, non ambigua pudicitia, in xi. mense poſt mariti mortem peperiſſe, factūmque eſſe negotium propter rationem temporis, quaſi mortuo marito concepiſſet: quoniam Decemviri in decem mensibus gigni hominem, non in vndecimo ſcripſiſſent. Inde iſtitutum Romæ fuit, ut mulieres vi-  
rorum mortem menses decem lugerent, né ve ante decimum mensem exactum alteri nuberent.

Eamque ob cauſam factum conſtat, ut Aquilia-  
na illa nobilis formula ita cōciperetur: **S I Q V I S**  
**M I H I N E P O S** poſt mortem meam in decem  
mensibus proximis natus erit. l. Gallus, D. de lib.  
& poſt.

Inde etiam illud Varroñis in Testamento: Si quis mihi filius, vnuſ plurēſve, in decem mensibus gignuntur, ii si erunt  $\overset{\circ}{\nu}\nu\iota\lambda\omega\gamma\epsilon\sigma\epsilon$ , exheredes ſun-  
to. Altera legis pars ex coniectura quidem, ſed ta-  
men cum aliqua Iurisconsultorum veterum au-  
ritate addita eſt. Vlpiani quidem in l. 3. §. 4. D. de  
fuis & legit. Item Iuliani in lege ſexta, & l. ſe-  
ptima. cod.

l. 2. C. de ſe-  
cun. nup. &  
l. 2. D. de  
infam.

D. iii.

*Ex Gellio li.  
16. cap. 10.* ASSIDVO VINDEX AS-  
SIDVVS ESTO : PROLE-  
TARIO CIVI QVIVIS VO-  
LET VINDEX ESTO.

*Proletari⁹.* Proletarii à munere, officioque proliis edendæ appellati sunt, quod quum re familiari parua minus possent Remp. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent. *Affiduus.* pro loco complete ponitur, & pro facilè munus faciente: dictus ab assibus, id est, ære dando, quum id tempora Reipub. postularēt: aut à muneris pro familiari copia faciendi assiduitate. *Vindex.* *Vindicem*, auctore Fe sto, Veteres eum appellasse qui vindicabat, quominus is qui prensus erat, ab aliquo teneretur: hoc est, qui prensum, nexus, siue addictum liberabat. Ea forma, & ratione, qua *vindicem* æris alieni, libertatisque, pro redemptore in epistolis ad Atticum, aliisque in locis accepisse videtur Cicero. Eoque sensu accepisse etiam visus est, *Vindicem* libertatis, Luius lib. 6.

*Ratio hu-  
ius legis.* Proinde errare videntur, tam hi qui per vindicē in hac lege procuratorē, quam illi qui fideiussorē intelligunt. Alio enim respexisse videtur Decemuirī. Eò nimirum, ut noluerint à proletariis ciibus, ciues assiduos creditoribus addictos vindicari. Certè ne proletarii cùm sint tenuioris fortunæ, quam ut asses possint dare, quibus assiduos è vinculis eximerent, ipsi pro assiduis & se, suosque liberos, familiamque totam in discriumen adducant: néve corpus liberum immunéque, assidui hominis liberādi gratia, seruituti capitisque pœnæ, aut se-  
ctioni subiiceretur. Aliud nihil visi sunt voluisse Decemuirī, quam assiduos non seruitiis cuiusquam aut deditiōibus, sed assibus vindicandos. Nam  
cūm

cum assiduo lex assiduum esse vindicem iubet, locuples as-  
cupletem iubet locupleti, inquit Cic. in Topi. *Esse fiduum.*  
quidem perquam iniquum, alterum pro altero pi-  
gnorari, etiam Theodoricus Italiz Gothorumque  
Rex, apud Cassiodorum lib. 4. variar. intellexit. I-  
deò autem proletario quemuis vindicē esse per-  
miserunt Decemviri, quia eorum debita non so-  
lent esse grandiora, quam quæ ære exiguolui po-  
tuerint.

Q V I S E S E I E R I T T E - *De testibus.*  
S T A R I E R , L I B R I P E N S - *Ex Gell. lib.*  
V E F V E R I T . N I T E S T I -  
M O N I V M F A R I A T V R , I M -  
P R O B V S I N T E S T A B I -  
L I S Q V E E S T O .

Verbum *Fariari* priscum est, eo que pro fari Veteres vñsi sunt. Huiusmodi siquidem Antiquis fuisse morem testatur Diomedes, ut in dictiōnibus quibusdam sermonem ex abundantia adderent, nihilque adiecta syllaba dictiōnibus conferret. Quo modo aggrediri, pro aggredi: item moriri, pro mori, Veteres dixere.

Igitur, *Qui se seierit testarier*, hoc est, qui se vocari in testem passus est, libripensve fuit: *ni testimoniūm fariatur*, hoc est, si de perhibito testimonio rogatus, illud fari, eiusque approbare fidem non vñsi. *L. 26. De testam.* Ite-  
luerit, improbus intestabilisque esto. Eo sensu in-  
testabilem Plautus etiam videtur accepisse in mi-  
lite glorioso: *Quid si id non faxis? P. ut viuam semper*  
*intestabilis.*

C V I T E S T I M O N I V M D E - *Ex Festo, de*

*ejus euagulatione cui testimoniū deest.*

### F V E R I T , I S T E R T I I S diebus ob portum obuagulatum ito.

*Portum, inquit Festus, in Duodecim, pro domo possum, omnes ferē consentiunt.*

*Cui testimoniū deest, hoc est, qui suam intentiōnem nullo potest testimonio confirmare, is die tertio ad ædes aduersarii obuagulatum ibat, hoc est, aduersario iustum testibus exhibitis cōuitum faciebat veluti, si quid esse in tuis ædibus contenderem, quod quum verē ad me pertineret, tamen apud te esse nullo testimonio possim demonstrare, illudque mihi restituere uno & altero die rogatus omnino recuses, mihi permisissē videntur Decemviri, quandoquidem deficiente testimonio inutiliter iurc, aut lege ageretur, tertio die ad ædes venire, ibique ante tuas ædes rem meam repetere cū cōvictio: sive, vt Plautus ait, bis, te pipulo ante ædes tuas differre. Et hanc quidem interpretationem Plautus confirmat:*

*In Aulula-  
ria.*

*Ita me bene amet Lauerna, tu iam nisi redi  
Mibi vasā iubes, pipulo hic differam te anto ædes.  
id est, Consitio, à pipatu pullorum. Cæterum effec-  
tus obuagulationis ex Decemvirali hac legis au-  
toritate is olim fuisse videtur, vt tertio die, iusto præsentibus superstibus conuictio solenniter  
ob portum facta, licuerit conuictiori eius qui  
conuictum passus erat ædes cum iisdem testibus  
ingredi: & liberam res suas querendi in suis æ-  
dibus potestatem facere is cui conuictum factum  
erat suo conuictori cogebatur.*

*Ex Gellio li.  
20.ca.20.sic  
restit.R.E.*

### S I I N I V S V O C A T O M O R B V S A E V I T A S V E V I- tiūm esit, qui in ius vocansit, iumentum dato:

dato: si volet arceram, ne sternito.

In libris impressis mendosè legitur: *Si nolet, arceram ne sternito. pro, Si volet arceram.* Item effet, *pro est.* Decemviri postulanti arceram reo sterni vetuerūt: non quod eam delicate sternere si actor voluisset prohiberetur, verum quod eam reo sine arcera in ius sequi recusanti, inuitus actor sternere non cogeretur. sed *iumentum*, hoc est vectabulū quod iunctis pecoribus trahebatur, dari voluerunt Decemviri.

*Arcera* Varroni libro quarto, vehiculum est ex tabulis factum, ut arca arcera dictum.

Decēvirorū sentētia fuit, ut in ius vocato pauperim homini, vel inopi, qui aut pedibus forte æger esset, aut quo alio casu ingredi nequiret, plurimum daret fidem detrectantibus, iurisque actiones declinantibus, vacationem. Nec quidem si morbus fonticus, quem vehementiorem vimque grauiter nocendi continentem interpretatur Cæcilius, reum inuasisset, arceram sterni permiserūt Decemviri, sed iudicii diem diffisum esse voluerunt. Decemviri eum diem diffindi dicebant, *l.2. §.2. D.* *Si quis causatio.*

## SI QVID HORVM FVIT VITIVM IVDICI ARBITROVE, REOVE, DIES DIFFISVS ESTO.

In impressis pro *Diffisus*, legitur *Diffensus*, erroris non admodum obscura origine, siquidem Veteres ita scribere solebant, *diffisus*, pro *diffisus*.

Dies

Dies autem ita diffindi solet ex hac lege duodecim tabularum, ut si morbo sonlico actor vel reus impeditus esset, morbum in iure allegari per amicum curaret: tunc Prætor excusatione cognita, in diffindendo die hac formula vtebatur: *Hic dies diffinis esto.* Ergo vocatus in ius, nisi ob morbum opus esset iumento, niv'e ob morbum sonicum dies iudicii diffisus eslet, statim in ius sequi auctorem cogebatur: ei que non sequenti præsentibus antestatis actor iudicium denunciabat. Antestatos autem inde appellatos putauit Porphyriō, quod antè superstitos, siue testes deberent aduocari, & in testimonium adhideri, quam actor reum manu posset præhendere. Et id quidem expressa Decemuirali lege fuisse cautum, idem addidit: *quam ego sic restituo:*

S I V I S V O C A T I O N I  
F V A T , T E S T A M I N I : I G I -  
T V R E M C A P I T O A N T E -  
S T A R I .

Veteres sicut dixisse pro fiat, testatur Nonius Marcellus, & in Virgiliū Julius Sabinus. *en* quoque pro eum Antiquos posuisse, auctor est Festus. Itaque si actor aduersariū vocaret in ius, & is vi resisteret, (ut ita vis fieret vocationi) voluerunt Decemuiiri auctorem testari, hoc est, testes aliquot aduocare. *Igitur en capitulo*, id est, tunc eum capito, siue eum manu præhendito: *antestari*, hoc est, attestando, siue Graecorum more, τὸ μαρτυρεῖν, ut obseruauit Brissoniū. Ut ita ne ex lege quidem XII. Tabularū reus manu præhēdi sine antestatione potuerit.

Nec satis erat Decemuiris manibus antestationis medio reos præhendi, verum si caluerentur, si pedem

*Aeron. in  
Horatium.*

*Antestati.*

*Brissoniū.*

pedem struerent, hoc est, si frustrarentur, vix pedem pedi præferrent, fugerent, oculos irent, remo rarentur (vt Festus in verbo *Struit*, & Caius I.C. In l. 233. manus in reos iniici, hoc est, manibus reos trahi, & De verb. rapi in ius permiserunt Decemuiriri, his verbis: sign.

### S I A C A L V I T V R P E D E M - ue struit, manum endo-iacito.

Antestationes sic fieri solebant: Auriculam actor vnius ex superstitionibus attingens, sic eum interrogabat, *Licet antestari?* Si ille responderet, *Licer*, manus in aduersarium iniciebantur, pérque manus iniectionem ducebatur, trahebatur, si que opus esset, ad Prætorem obtorto collo rapiebatur.

Et si quidem aliud nihil in effectu significare videtur antestari, quam testibus vti, vel, vt Plautus ait, testes facere, quando auctor in reum manus *Antestari quid.* inicere volebat. Plaut. in Cucul. *Ne facias testes,* néque equidem tibi debeo quicquam. Proinde ne sine iusta causa sic in aduersarios sanguirent actores, legge constitutum reor Decemuiriali, vt qui sine antestatione in reum manus iniecisset, iniuriarium posset conueniri.

### S I V I N D I C I A M F A L S A M Extant a- T V L I T , P R A E T O R E I V S pud Festus I litis arbitros tres dato: Eorum arbitrio fru reliquie in ctuum duplione damnum deciditor. voce vindi- cia.

Vult hæc lex, eum qui falsò sibi rem alienam vindicauit, id est, secundum quem post iniustam manuum consertionem vindiciæ datæ sunt, ad du plos fructus restituendos teneri. quod idem traditur & in l. 1. C. Th. de fruct. & lit. expens. Et apud Paulum lib. sent. v. cap. 9: Ex die, inquit, accepti iudicij dupli fructus computantur.

Vindiciam Seruius Sulpitius vocabulo singulari numero formato, esse ait, quum aliqua de re contiouersia est ab eo quod vindicatur.

Vindicie se-  
cundum li-  
bertatem.

**V T S I Q V I S E ' L I B E R T A-**  
**T E I N S E R V I T U T E M A S**  
fereretur, Prætorvindicias secundum li-  
bertatem decerneret.

Capitis huius extat testimonium apud Diony-  
sium Halicarn., libr. II: vbi de assertione Virginie  
puellæ commemorans, scribit, Numitorum ipsius  
auunculum & assertorē, postulastē ab Appio Clai-  
dio Decemviro, ut legēm à se in xxi. Tabul.  
prescriptam seruaret, in qua ita cautum esset: οὐ-  
μαντεῖς δουλεῖαι ὅτε ἐπινθεῖας ἀρρωμάτου, μη τογά-  
φαισσόμενον πών ἐλευθερίαν, ἀλλὰ τὸν φυλάσσοντα κύ-  
ρον ἐπιμέχει δικινησ. Id est, Eius qui in seruitutem  
ex libertate asseritur, dominum usque ad exitum  
iudicii nō eum esse, qui contra libertatem, sed qui  
pro libertate pugnat.

Hoc verò prætermittendum non est, quin lex  
non eam tantum causam complexa sit, quam Dio-  
nysius nominatim retulit: nimirum quum quis ē  
libertate in seruitutem asseritur: sed etiam alterā  
contrariam, quum ē seruitute scilicet in libertatē  
vindicatio sit. H.

Paulus in l. 24, D. de lib. causs. Ordinata, inquit,  
liberali caussā, liberi loco habetur is, qui de statu  
suo litigat. Item l. seq. Post ordinatum liberale iu-  
dicium, homo de cuius statu contiouersia est, libe-  
ri loco habendus est.

De nexis, ex  
Gellio li. 20.  
cap. 1. sic re-  
stinetur.

A E R I S C O N F E S S I , A E-

R I S Q V E D E B I T I I V D I-  
C A T I S

## CATIS, TRIGINTA DIES

## IVSTI SVNTO. POST

dein, manus iniectio esto: in ius ducito.  
 Ni iudicatum faxit, nemut quips endo eo  
 in iure vindex esit, secum ducito. Vinci-  
 to aut neruo, aut compedibus quindecim  
 pondo, ne minore, aut si volet maiore vin-  
 cito. Si volet suo viuuto. ni suo viuit, qui  
 em vincitum habebit, libram farris endo-  
 die dato, si volet plus, dato.

I. R. & E. Videndum quæ sint huius restitutio-  
 nis rationes præcipuae, ob quas lectio Vetus sic  
 immutata est. Pro R. ebisq. iudicatis, reposuimus,  
*Erisque debiti iudicatis.* Certè quia in hac lege  
 non de confessi tantum, sed etiam de æris debiti  
 iudicatis, id est damnatis tractatur. Confessi æris,  
 passiuè dicitur, pro, de quo reus confessus est. Dein  
 de subauditur nomine: ut quum dicimus, noxæ de-  
 dere, nomine scilicet. Ut apud Cic. Verrina V. Lu-  
 cri aut accessionis dare inquit Gellius, ac debiti iu-  
 dicatis xxx. dies sunt dati. Et quod apud eundem  
 Gellium sic nullo sensu legitur, ni iudicatum facit,  
 aut qui pseundo eo in iure vim dicit: illud sic emendandum  
 videtur, ni iudicatum faxit, nemut quips endo eo in iure  
 vindex esit. Festus autem est, Veteres pro fecerit, fa-  
 xit, & pro egerit, axit dixisse: eosque pro nisi etiā  
 vniōe verbo nemut, vsos esse.

Iac. Cuiaci, in antiquo exēplari, & fideli, pro *Cuius. refit.*  
 quispiam, testatur legi quips. Cuiaci emendatio-  
 nem mirum in modum confirmat vulgaris lectio.  
 Dubium enim non est, quin apud Gelliū hæc ver-  
 ba, qui pseundo eo, ex his verbis, quips endo eo, libra-  
 riorum imperitia depravata sint.

*Qui legis verba non percipientes , dictionem quipps, diuiserunt , & eius postremas literas duas pss, sequenti dictioni endo, adiecerunt : & ita pro quipps endo, qui pseudo, reposuerunt. Pro vim dicit, in eodē exemplari, vindicit legi, refert idem Cuiacius. An Veteres vindicat ea forma qua lauit , sonit, dixerint, non satis constat. Quod autem sonit & lauit Veteres dixerunt , hoc inde est quod idem etiam lauere, & sonere dicent, ut testatur Nonius Marcellus. Illud certum est, vindicem ab eo appellatum esse, si Festo credimus, quod vindicat, quominius is qui presus est, ab aliquo teneatur.*

*Quidigitur obstat, quominus pro vim dicit, legamus, vindex est? Maximè quod hanc emendationē antiqua per vindicem afferendi ratio videatur confirmare, quam eleganter descripsit Liuius: Centurionem, inquit, nobilem militarib. factis, iudicatu pecunia quum duci vidisset M. Manlius medio fo ro cum ceterua sua accurrit , & manum iniecit, vociferatusque de superbia patrum, & crudelitate fœneratorum, miseriis plebis, virtutibusque eius viri, fortunaque: tum vero , Ego, inquit, ne quicquam hac dextra capitolium, arcemque seruero, si ciuem commilitonemque meum à Gallis victoribus captum, in seruitutem , ac vincula duci videam. Inde rē creditori palam populo soluit, libraque & ære liberatum emitit, deos atque homines obtestat, ut M. Manlio liberatori suo, parenti plebis Romanæ, gratias referant. Indeque vindicem libertatis appellatum M. Manlium, testatur paulò post idem Liuius.*

*Sunt verba Aiunt Decemviri, secum ducito. Quo? In nerc. Liciis quum, in vincula, in carcерem priuatum . Idem Li Stoloni, in viuis lib. 6. An placeret fœnore circumuentam ple legis de ære bemi ni potius quam sortem, creditum soluat, cor alieno rogatus in neruum ac supplicia dare? & gregatim quotidie de foro addictos duci? & repleri vindictis nobiles*

biles domos? & ybicunque patricius habitet, ibi carcerem priuatum esse?

Quòd autem pro *libras farris*, reposuimus *librā farris*, certa legis sententia hanc emendationem suadere videbatur: ea siquidem legis est sententia, vt si illa, quam lex constituit, farris quantitate nexus non sit contentus, velit plus dari. Quis ergo tam erit imperitus, vt non intelligat, certam farris quantitatē legem expreſſissē? Si itaque legeris, *Corta farris* libras farris, qui quæſo fieri potest, *quantitas* vt plus petatur? *nexus attri-*

*buta.*

Ideōque certam viſi ſunt Decemviri farris quātitatē expreſſissē, nimirum libram vnam, qua si contentus non eſſet nexus, voluerūt plus dari. Vo- luerunt igitur Decemviri nexos, ni ſuo viuerent, à creditoribus ali. Eoque respexiſſe viſus eſt Teren- tianus ille Phormio, his verſibus:

*Alius alius eſt periculum, unde aliquid abradipotest:  
Mibi ſciunt nil eſſe. dices. ducent damnatum domum.  
Alerē volunt hominē edacem.*

Sunt qui pro *in dies endo dies* legunt. Ræuardus cōtendit *endodie*, ea forma, & ratione legendum eſſe, qua apud Festum endoprocinctū vnaica dictio- ne legimus. Endoprocinctū, in procinctū: endoplo- rato, implorato: ſic endodie, quotidie. Et hæc qui dem ad illam legis partem, quæ apud Gelliū ipſis Decemvirorum verbis mēdose legitur, ſufficient.

## N I C V M E O P A C I T ,

ſexaginta dies in vinculis retinetō. Trinis nundinis continuis in comitium procita- to, ærisque æſtimiam iudicati prædicato. Tertiis nundinis capite pœnas luito, aut trans Tyberim peregrè venū ito. aſt ſi plu- fes eſſunt rei, Tertiis nundinis parteis ſecā-

E. i.

to: si plus minusve secuesunt, nisi fraude esto.

Eam verò, quam idem Gellius declarat, verbis antiquis, & quæ Decemvirorum temporib. Romæ in vñsu fuisse existimamus, restituere conati sumus. Itaque hæc Gellii verba, Erat autem interea nus paciscendi, ac nisi pauci forent habebantur in vinculis dies sexaginta: sic restituimus: *Ni cum eo pacit, sexaginta dies in vinculis retinetur. Sic locuti sunt etiam alio loco Decemviri, Si membrum rupit, ni cum eo pacit, ita loquitur.* Item hæc Gellii verba: Inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producebantur, quantaque pecunia iudicati essent, prædicabatur: sic in legis formam redigimus, *Trinis nundinis continuis in comitium procitato, arisque aestimati iudicati prædicato. Procitare Vteres dixisse pro vocitare, & producere, scribit Festus: qui eosdem pro aestimatione, aestimiam dixisse etiam adnotatum reliquit. Denique quod idem Gellius nexos tertii nundinis capitis pœnas dedisse, aut trans Tyberim peregre venum iisse scribit, hoc etiam in legem ita tralulimus: Tertiis nundinis capite pœnas luto, aut trans Tyberim peregrè venum ito.* Ceterum postrema huius legis pars, quæ etiam vitiosa passim circumfertur, sic est expressa: *Ast si plus est sunt rei, tertii nundinis partes secato: si plus minusve secuesunt, nisi fraude esto.* Veteres plurimes & plurima, pluses dixisse, & plusima. Dicibât etiam se vel ne si, pro sine: & reorum nomine, actorem & reum promiscuè accipiebant, ut tradit Festus.

*Veterum  
voces.*

Cur verò Decemviri noluerint addictos neruo aut vinculis quindecim pondo minoribus vinciri, scribit lib. quinto Festus, fuisse quædam sacrificia, in quibus ita clamitabat lictor: *Hoistis, vinclitus, mulier, virgo exesto.* scilicet interesse prohibebatur.

Vnde

Vnde colligimus vincētos, siue nexos , sacris olim  
interesse solitos: idcirco cōpedes quindecim pon-  
do maiores, quia essent grauiores , quām vt iis  
quum sacris intersunt , sese vincēti subducere pos-  
sunt; aut fugere, expressē videntur requirere De-  
cēviri: ne si minores essent, aut nexis custos perpe-  
tuū adesset in sacris, aut sine custode aliquod fu-  
gē periculum subirent creditores. Et eō fortē spe-  
ctat illa legis Decemviralis particula , quæ apud  
Festū lib. duodecimo Antonii Augustini diligētia  
sic emendata legitur, AST EI CVSTOS  
NEC ESIT. quum antea, Attē custodes nec sint,  
peruerso sensu legeretur.

T I G N V M I V N C T V M  
A E D I B V S , V I N E A E V E ,  
E T C O N C A P V , N E S O L -  
V I T O .

V T Q V I I L L V D I V N - *Ulpia. in l.*  
X I S S E T D O M I N O D V P L I *1. ff. de. tig.*  
*intendit.*  
P R A E S T A R E T .

Extant hæ reliquiæ apud Festum in voce *Tignū*,  
ybi sic scribit : Tignum non solum in ædificiis,  
sed etiam in vineis: vt est in duodecim: *Tignum iun-  
ctum ædibus vineæve & concapu ne soluto. Vi-  
de in lege Gemma, 6.D.ad exhib. 1.de eo, 63, D.de  
donat.inter. vir. l.in rem. 23, §. tignum. D.de rei  
vind.l qui res suas, 98.in si.D. de solut. §. cum in  
suo , 21. Inst. de rer. diuis. l. 7. §. 7.D. de acq.rer.  
dom. Legis autem æquitatem Vlpianus codem lo-  
co hanc profert: Ne vel ædificia sub hoc prætextu  
diruantur, vel vinearum cultura turbetur.*

E. ii.

*Tigni* appellatione omnem materiam contineri, ex qua ædificia constant: quæque vinea necessaria sunt, veluti perticæ, aut pedamenta. l. *tigni*, D. de verb. sign. l. *tigni*, D. ad exhib. Itaque siue trabes quis alienas, siue saxa, siue lateres, siue cæmenta suis ædibus iuxterit, dupli eo nomine domino ex hac x i. tab. lege teneri, Iurisconsulti constituerunt.

### S I R V P I T I A S , S A R C I T O .

*In l. i. ff.*

*Ad leg. A-*  
*quil.*

Vlpianus testatur, caput aliquod in x i. tabulis de damno iniuria dato fuisse: sed supereruum esse illud referre. Festus autem in voce *Rupitias*, & itē in voce *Sarcito*, ita loquitur: *Rupitias* in Duodecim damnum dederis. *Sarcito* in Duodecim Ser. Sulpicius ait, significare damnum soluto, præstato. Rūpē di autem verbo vsam quoque legē Aquilam, eoque multa admodum contineri, docet Vlpianus multis verbis in l. si seruus. 27. §. 9. D. ad leg. Aquilam.

### V F Q V I A L I E N A S A R B O res iniuria cæcidisset, in singulas æris vi- gintiquinque lueret.

*Ex Plin. l.  
i. 8. cap. i.*

Fuit & arborū, ait Plinius, cura legibus priscis, cautumque est x i. tab. vt qui iniuria cæcidisset alienas, lueret in singulas æris vigintiquinque.

*l. i. & l. 8.  
D. cod.*

Itēmque apud Paulum in l. i. D. arbor. fur. cæs. Si furtim, inquit, arbores cæsæ sint, & ex lege Aquilia, & ex duodecim tabulis danda est aetio: &c. Dubitari potest, utrumne in lege, *Si iniuria*, scriptum fuerit, ut apud Plinium legimus: an verò potius *Furtim*, ut Iurisconsulti. Furtim, inquiunt, arborem cædit, qui clam cædit. Si cæciderit, & lucri faciendi cauſa contredauerit, etiam furti tenebitur lignorum cauſa.

Et Caius in l. 2, quæ ex primo illius libro ad le-  
gem

gē XII.tab.descripta est: Eos, inquit, qui arbores & maximē vites cæciderint, etiam tanquam latrones puniri. Nam Seruius in illud Virgilii,

*Atque mala vites incidere false nouellas:*

*Aeglog. 3.*

In hoc, inquit, maximum nefas est, quod ait, Vites nouellas. Nam vetulæ & cum vtilitate inciduntur, fuerat autem capitale supplicium, arbores alienas incidere.

S I N O X F V R T V M F A X I T , *Ex Macrob.*  
*& in aliquips occisit, iure cæsus esto. I. R.* *lib. I. cap. 6.*

Decemviri tres furtorum species constituunt, manifestum, nec manifestum, conceptum: addidere Prætores quartam, eamque oblatum nominant. *4. Furti species.*  
 Decemviri furem qui manifesto furto prehensus esset, occidi tunc permiserunt, si quum faceret furtum, nox esset, aut interdiu se telo cum prehederetur, defenderetur. Ex cæteris autem manifestis furibus, liberos verberari, ad dicique iuslerunt ei, cui factum furtum esset, si modò id luci fecissent, neque se telo defendissent.

Seruos item furti manifesti prehensos, verberibus affici, & è saxo præcipitari: sed pueros impuberes Prætoris arbitratu verberari voluerunt, namque ab his factam sarciri. Aliis deinde furtis, quæ nec manifesta appellantur, pœnam imposuerunt dupli. *Nox pro noctu, & im pro eum posuisse.*

Furtum autem conceptum, ac si manifestum foret, *Vide Gell.* Decemviros etiam vindicasse, Gellius auctor est. *lib. II. ca. 18* Ea quoque furtæ, inquit, quæ per lance liciumque concepta essent, perinde acsi manifesta forent, vindicauerunt. Quo quidem in loco nihil esse aliud furtum per lance & licium conceptum videtur, quam illud furtum, quod conceptum simpliciter à Prudentibus iuris est appellatum. Lance, inquit *Furtum per lance & li-*  
*Festus, & licio, apud antiquos dicebatur, quia qui* *cū quid sit.* *I. R. eu.*

E. iii.

furtum quærebat in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ aut virginum præsentiam. Vnde manifestum satis est, lancem liciumque nihil aut adieciſſe, aut ſubſtantia concepti furti detraxiſſe, sed nudam duntaxat furti, inueſtigandi rationem denotare. Moris enim Decemvirorum temporibus fuſſe videtur, vt ſi quis in alicuius ædibus furtum vellet quærere, illud faceret nudus, licio cinctus, & lancem ante oculos tenēs, iuratusque deos legum custodes, ſeſe reperiendi ſpe furtum quærere. Et tunc quidem alter ille apud quem furtum quærebatur, domum ſuam ei qui furtum quærebat aperire, & in obſignatis, & non obſignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere cogebatur. Quem morem primū à Græcis viſurpatum, deinde in Romanam Rem publ. olim inuectum fuſſe, ſi quis forte ſatis ſibi non peruaferit, inueniet Platonis de legibus librum duodecimum: in quo id its perſpicuè traditur, vt omnem auctor diuinus cum Festo, Gellio, aliisque Latinis auctoribus collatus, dubitationis ſcrupulum penitus eximat.

**Conceptum.** Igitur ſi conceptum furtum aliud nullum dici poſſit, quām furtum quæſitum & inuentum, auctore Paulo, Sententiarum libro ſecundo, tit. trigeſimoprimo, & Iuſtiniano, in §. conceptum. Inst. de oblig. quæ ex del. naſcun. conſequi recte videatur, aliud quoque nullum dici poſſe furtum per lancem & licium conceptum, quām furtum per lancem & licium quæſitum & inuentum.

*lib. 16. ca. 10.* At poſquam furorum quæſtiones, hoc eſt, inquisitiones cum lance & licio euauerunt, vt eſt apud Gelliū, tunc furta, quæ per lancem & licium concepta dicebantur, appellari *Concepta simpliciter cooperunt.*

Quum enim à lege Decemvirali diſceſſum eſſe, &

*Mos inueſtigandi fur tum apud vet. Rom.*

se, & ex manifesto furtu actionem in quadruplum competere demonstrasset Geilius, hæc verba subiecit: *Furti concepti, item oblati, tripli pœna est. Quibus haud dubie aliud nihil voluisse visus est, quæ sicut manifesti furti in quadruplum, sic furti concepti pœnam Decemviralem in triplum conuerteret.*

An autem in Dubdecim, de eo cuius ope, consilio, furtum factum esset, quicquam fuerit definitum, nihil certi affirmari posset. Nam quod Festus, docens nec pro non Veteres dixisse, in Dubdecim scriptum esse ait, *Si aderit furtus quod nec manifestum erit: illud mendosum esse indicant veteres libri, quibus in Festo restituendo Antonius Augustinus usus est. In iis enim pro aderit, usus videtur scriptum adorat.* Et quia adorare pro agere, interdum Antiquos posuisse Festus testatur libro primo: idcirco sic hanc legis apud eundem Festum particulam esse restituendam existimat Ruardus.

**S I A D O R A T F V R T V M  
Q V O D N E C M A N I F E S T U M  
E S I T , D V P L I O N E M L V I T O:**

& sic intelligendam, ut qui furtum nec manifestum fecisset, duplo multaretur. Usus in eadem significatione verbo adorare videtur in Octauio Minutius Felix: At enim, inquit, nos exequias adoramus, eadem tranquillitate qua viuimus: hoc est, exequias facimus, celebramus, eadem qua viuimus tranquillitate. Et haec de furtis, de quibus pacisci Decemviros etiam permisisse, passim traditum est.

Mirum verò est in hoc capite prætermissum ab omnibus quod Caius testatur: **V T T A M E N  
I D I P S V M C V M C L A M O R E T E  
S T I F I C E T V R.** Quibus ex verbis præclararam illam sententiam Vopianus expressit, quæ traditur in lege nona, D. ad leg. Corn. de fuga.

*Anto. Aug.*

*Adorare  
quid Anti-  
quus.*

E.iii.

Furem nocturnum si quis occiderit, ita demū impunè feret, si parcere ei sine periculo suo non potuit. Quod si verū est, sane illud intelligitur, non iam tanquam furem, sed tanquam sicarium & insidiatorem interfici. vt facilè existimare liceat, nō id ex lege duodecim tab. sed ex edito ad quod ea lex inscripta est, profectum fuisse: præsertim quū idem scribat in lege quinta, D. ad legem Aquil. Si quis cùm posset furem apprehendere, maluerit occidere, magis esse, vt iniuriam fecisse videatur, & lege Cornelia teneatur.

*Ex Gell.*

V T S I N E Q V E N O C T V  
N E Q V E S E T E L O D E -  
fendens prehenderetur, virgis cæsus ei cui  
furtum fecisset, addiceretur.

Tria ex hac lege notida atque obseruanda sunt. Primum enim intelligimus, quo ex fonte manifesti furti appellatio fluxerit: nimirum quia fures prehendebantur. Prehensionem autem nostri interpretati sunt, vel in ipso aëtu, vel in loco ipso, vel antequam in locum ipsum rem deportarint.

*l.3.D.defur  
tus.*

Vnde Masurius eodem apud Gellium loco, manifestum furtum definit, quod deprehenditur dum faciendi finem esse, quū perlatum est, quō ferrari cœperit. Denique manifesti furti appellationem à manibus dictam, nemo ignorat.

Alterum obseruandum est, quod prehensus furem virgis cædebatur. Maiores enim nostri (vt Cæsar apud Salustum loquitur) Græciæ mores imitati, verberibus animaduertebant in ciues: de condemnatis summum supplicium sumebant. Postea lege Porcia, aliquæ legibus exilium damnatis permisum est.

*Lex Porcia.*

Postremum notatione dignum est, de addictione in

in seruitutem: ut non mancipium quidem prehensoris seruus fieret, sed in eius seruitute perpetua esset, eique tanquam seruus operas daret.

## NE QVIS VNCIARIO FOENO- RE AMPLIUS EXERCETO.

Prima pars huius legis testimonium habet a *Ex Tacito.*  
pud Cornelium Tacitum, lib. 5, ubi sic scribit: Sa-  
ne vetus urbi fœnere malum, & seditionum di-  
scordiarumque creberrima caußâ: eaque cohibe-  
batur antiquis quoque & minus corruptis morib⁹.  
Nam primò x i tabulis sanctum, ne quis vncia-  
rio fœnore amplius exerceret: quum antea ex li-  
bidine locupletum agitaretur.

Alteri parti quæ sanctio legis est, argumentum  
suppeditat, quod Cato scribit initio libri De re  
rustic. his verbis: Maiores nostri sic haberunt, &  
ita in legibus posuerunt, furem dupli condemna-  
ri: fœneratorem quadrupli. Quanto peiorum ciue  
existimauerint fœneratorem, quam furem, hinc li-  
cet existimari.

Quū Græci summā usurā esse definiſſent, quum  
drachmæ singulæ in minas singulas mēſib. singulis  
pēderentur, eorundē exemplo Decemviros usurā  
summam fecisse, quum pars sortis centesima sin-  
gulis mensibus persolutitur, hoc est, quum ē centū  
aureis vnu singulis mensibus penditur. Nunc  
quod sit fœnus vnciarium, breuiter explicādū est.

*Vnciarium* fœnus non ex menstrua ratione defi-  
nitur: quum singulis mensibus pars assis (quæ dra-  
chma apud Græcos esset) duodecima pēditur: ne-  
que enim as in usuris est menstruus, sed annuus dū  
taxat. Id verò ex anni ratione hoc modo: quia usu-  
rarius as est, quū vno quoque anno duodenī in cen-  
tenos penduntur: semis usurarius erit, quum seni  
quotannis penduntur: vncia, quum vnu: sextans,

Fœnerator  
peior fure  
habitus.

Summa u-  
surā.

quum bini: quadrans, quum terni: triens, quū quaterni: quincūx, quum quini: septunx, quum septenari: bes, quum octoni: dodrans, quum noni: dextas, quum deni: deunx, quū vndeni. Illud minimè prætereundum est, quod *Liuīus* testatur, Legem hanc, annis posteaquam perlata est x c v i i, deprauatis (vt credi par est) temporibus obsoletam, renouatam à M. Duilio, L. Mænio Tribunis plebis fuisse, Marcio, Manlio Cosl. anno c c c x c v i i i : quam plebs aliquādo cupidius sciuit, accepitque, quām Patres, quibus haud æquè læta erat. Quum autem furtum natura turpius sit, quām fœneratio: illud enim iure gentium turpe est, hæc gentium propè omnium institutis comprobata est: præterea quūm furtum inuitis dominis fiat, fœneratio verò ambo bus consentientibus exerceatur, quidnam caussæ fuit, cur fœneratores quadrupli, fures dupli dam nandi viderentur? Hotom. resp. Quia quū furtum natura, hoc est (vt Cicero loquitur) sua sponte turpe sit, multo facilius homines ad fœnerandum, quām ad furandum adducuntur. Pœnæ igitur gravitate multitudo deterrenda fuit.

*Caius l. 1. ff.*  
*Ercisci fam. Ercisci.*

*Vlp. li. 4. eo.*

V T I C A E T E R A R V M R E-  
R V M S I H E R E D E S P A R-  
tem quisque suam habere mallent, familiæ  
erciscundæ arbitrium sumerent: cui totius  
rei ius arbitriumque permitterent.

*Ercisci.* Familia nomine res hereditariae à lege xii. tab.  
appellatur. *Ercisci* Veteres pro partiri ac diuidere  
dicebant. Vnde illud *Fefi*, *Ercicūm* citumque sit  
inter consortes: *Ercicūm* à coercendo *dictum*: vnde  
& *Erciscundæ*, & *Ercisci*. *Citum* autem, est vocatum  
à ciendo. *Ercicūm* dici potest, quia quum hereditas  
diuisa est, alter ab alterius parte arcetur. Itaque  
certa & solennia fuisse verba, quibus arbiter, par  
tribus

*Ercicūm.*

*Citum.*

tibus diuisis, alterum ab alterius parte arceret, Cicerone in 1. de Orat. significat. Summa huc pertinet, ut Arbiter familiæ erciscundæ additus, primum singulas res, si commodè fieri possit, singulis adiudicet: si non possit, & unius pars præpoderet, tum eum alteri in pecuniam certam condemnnet. quod si unus aliquis solus frumentus percepit, remque hereditariam corrupit, aut consumpsit, tum eum in certam quoque pecuniam alteri condemnnet. l. 16. l. 19. l. 55. D. famil. ercisc.

## CLAVSULA LITIVM.

**V**T IURISIVRANDI AD fidem adstringendam præcipua vis effet.

Cicerone Offic. 3. ita scribit: Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando Maiores aetius esse voluerunt. Id indicant leges in xii. tab. &c. Gellius, iuriurandum, inquit, apud Romanos inuiolate sancte que habitum seruatumque est. Id & moribus legisbusque multis ostenditur, &c. Sed nemo id copiosus explicauit Dionysio, qui lib. 2. extremo, Regi Numæ institutum illud assignat: Polybius lib. 6. commemorat: tantum apud Romanos iurisurandi religionem valuisse, ut ea laude facile gentibus omnibus antecelleret. Nam si Graeco homini, inquit, qui magistratum gerat, talentum vnum committatur, etiamsi de cem scribendo assint, signaque totidem, atque etiam duplo plures testes extent, fidem tamen plerunque violat. Apud Romanos autem, qui, quam Remp. gerunt, maiorem multo pecuniam tractant, sola iurisurandi sui religione in officio suo continentur. Ad hanc porrò legem illud Caii pertinet, Maximum regnum l. 1. De iuris iuriandorum expediendarum litium esse iurisurandi religionem.

li. 7. ca. 18.

Romanorū  
lans in iu-  
re iuriando.

HÆC de xii. tab. vel earum potius reliquiis ex Riual. Hoto. Ræuar. aliiisque viris doctiss. huic enchyridio sufficiet. Nunc Progressus post ipsa initia, prosequendi sunt.

*Ex Forst.*

**P**O S T varias Reipublicæ Romanæ mutationes multiplicatis mirum in modum legibus, tandem res ad Prudentes delata est, qui quod consilio iuuabant eos à quibus de

*Prudētum  
responſa.*

iure interrogabantur, Iure cōfulti dicti sunt. Horum officium in quatuor præcipue rebus versabatur. Primò enim iudiciorum formulis præerant, exprimebāt quoque & præscribebant extraordinariarum & priuatarum actionum formulas. Deinde consilium clientibus suis fidele dabant, ut in cōtractibus securiores, tutioresque essent: & amicum con-

*Lex legi op-  
poſita.*

lio suo indemnem seruabant. Præterea si lex legi obstat, hoc est, quando casu & euentu quodam inter se confligebant & collidebantur, vel scripta lex nimis dura erat, & æquitati aduersabatur, vel cū more maiorū & consuetudine contendebat, ipsi interpretabant & conciliabant: testamentorum etiam sententias, si obscuræ essent, explicabāt.

*Deficiēte Le-  
ge ad Pru-  
dentes conſu-  
lebantur.*

Postremò, si neque lex extabat, neque testamento vel pactiones essent, ipsi de iure quid æquum bonumque esset interrogati respondebant: suique adeundi copiam faciebant, vel publicè transuerso foro ambulando, vel priuatum in ædibus. Floruerunt itaque ab anno Virbis 302, in hoc munere, amplissimi præstātissimique viri multi, qui non modò ob iuris peritiam, sed rei bellicæ scientiam, ac Reipublicæ administrationem, claritatem, amplitudinemque consequuti sunt: Papyrius, Appius Claudio,

Claudius, Sempronius Sophus, Tuditianus,  
Coruncanus, Fabii, AElii, Scipio Nasica, Scipi-  
o Africanus, Cato, Manilius, M. Brutus, P.  
Mutius Scæuola, M. Licinius Crassus, Q. Mu-  
tius Scæuola, Rutilius, C. Aquilius Gallus,  
Seruius Sulpitius, Q. AElius Tubero, Papini-  
anus, Vlpianus, Paulus, Modestinus, & multi  
alii.

His initiiis iuris, accessit deinde Prætorum, *Anno Urbis*  
nec non AEdilium in iure dicundo autoritas. 387.

Prætoris enim urbani primum præcipuum  
que officium fuit, ut ius diceret: ut autem  
cuique notum esset de qua re anno suo di-  
cturus esset, in albo proponebat, quod deinceps  
à præcedente denuntiatione Edictum di-  
ci coepit. Dabat bonorum possessionem ex  
legib. ex edicto suo, ex Senatusconsultis: da-  
bat arbitros, cum priuati postulebant: dabat  
tutores ex lege Attilia, restituebat in integrum:  
inbebat cauere, & mittebat in bonorum pos-  
sessionem. Imponebat decreta super aliena-  
tionibus bonorum immobilia minorum:  
dabat quoque iudices, quos pro suo imperio  
cogebat iudicare: idque in caussis quæ verba-  
bantur in iure actionis, ut depositi, locati, &  
similibus. Interdicebat, cum de possessione,  
interdum etiam cum de proprietate ageret-  
tur. inde Cicero ait: Iuris disceptator, qui  
priuata iudicet, iudicarive iubeat, Prætor es-  
to. Is iuris ciuilis custos esto. Reliqui, præ-  
ter urbanum & peregrinum, publicis iudiciis

*Edictum.*

*Lex Attilia*

*Ædilium  
cura.*

*Curulum  
officium.*

*Cerealium  
cura.*

*Constitutio-  
nes Trincip.*

*Alexander  
Severus.*

*Vlpianus.*

præerant, itemque quæstionibus perpetuis. Ad AEdilium autem curam pertinebat procuratio vrbis & ædificiorum, veluti cloacarum, viarum, aquæductuū, omniumque publicorum & priuatorum operum, vt prouiderent ea integra, munda & incorrupta adseruari. Curulumverò officium erat, mensuras corrigere, vasa minuta frangere, præterea de venditionib. rerū tam soli, quam quæ mobiles, aut se mouentes sunt, edicebant: vt illi qui mancipia venderent, certiores facerent emptores quid morbi vitiive cuique, quis fugitiuus errove, è noxave solitus non sit.

Cerealium ædilium cura erat annonæ, olei, frugum, in quibus alimonia consistit.

Q V V M vero tandem respublica Romana ad monarchiam rediisse, rescripta Principiū summa potestatē auctoritatēq; habuerūt. ex eoque tempore Impp. ipsi leges, Constitutio- nē iisque ediderūt: idque nō sine Senatus vel Iuris peritissimorū virorū cōfilio. Ac quēadmodū D. Augustus Antistium Labeonē I. C. sibi adhibuit, sic & reliqui Principes q; secuti sunt, Iurisconsultos sibi adiunixerunt, quorum auctoritate iudicioque leges facerēt: pentibisque de Iure responderi rescriberent. Sic Alexāder Seuerrus xxv. ab Augusto imperator, nullam sine xx. Iurisperitis, Constitutio- nē sacrasse dicitur. inter quos Vlpi, excelluit. cuius Instit. sequenti ordine idcirco hic inse- ruiimus, vt Iustinianeis Institutionibus priori loco datis, lucem adferant.